

Post Constantinum Gregorius alter habetur
 Tertius his eciam Gregorius associetur
 Hinc Zacharias, Stephanus Paulusque notentur
 Hinc est Constantinus, Stephanus quoque connumerentur.
 Post Adrianum Leo tercius esse videtur.
 Post Stephanum quartum Paschalis presul habetur
 Eugenius vero papae subscribitur isti
 Cuius successor tu Valentine fuisti
 Gregorius quartus et Sergius et Leo quartus
 Pontificem dictum post quos legimus Benedictum
 Hinc Nicholae tuo tua gaudet Roma decore
 Cuius Adrianus post mortem fulsit honore
 Octavi vixit post hos doctrina Johannis
 Et quo Marinus perpaucis praefuit annis
 Presulibus presul subnectitur his Adrianus
 Postea formosum cathedram legimus tenuisse
 Inde Bonifacium papatum promeruisse
 Post Stephanum sextum Romanum perlege tandem
 Et post Theodorum nonum subnecte Johannem
 Hinc Benedicte pater Leo tecum connumeretur